



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 47. Protestantium petulantia Aquisgrani a Cæsare repressa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

§. XLVII.

Sæcul.XVI.

A.C.1598.

*Protestantium petulantia Aquisgrani  
a Cæsare repressa.*

Sub idem tempus cum Protestantes in *Thu.l.c.*  
urbe Aquisgranensi contra datam *p. 847.*

fidem Catholicos omni auctoritate ex-  
uissent, summumque sibi imperium  
arrogassent, ac insuper sectæ suæ Præ-  
cones in urbem induxissent, ingens in  
urbe dissidium oriebatur: cum autem  
Protestantes nec rationibus, nec Cæ-  
saris, & vicinorum Principum minis ter-  
riti indies in majorem vesaniam, ac te-  
meritatem prolaberentur, Cæsar urgen-  
te San-Clemente Philippi Hispaniæ Re-  
gis Oratore, nec non Francisco Mendoza  
hosce hæreticos tanquam contumaces,  
ac perduelles lata in eos sententia Im-  
perio proscripsit, dato negotio, ut Erne-  
stus Bojarix Dux Coloniensis Elector,  
ac Leodiensis Episcopus, necnon Tre-  
virensis Archiepiscopus S. R. Imperii  
Septemvir, & Clivix Dux pronuntiatam  
hanc sententiam executioni darent: tan-  
dem vero hujus urbis Consules, cum rem  
ferio agi, nec impunem eorum audaciam  
fore cernerent, supplices adibant Colo-  
niensem Electorem, supplices, ut hujus  
sententiæ severitatem temperari impe-  
traret, quod etiam eisdem datum, ea  
tamen lege, ut ejectis Augustanæ Con-

A a 5

fessiq-



Sæcul. XVI.  
A.C. 1598.

fectionis Præconibus sola Religio Catholica admitteretur, necnon Catholicæ Magistratus a motis hæreticis, pristinae dignitati restituerentur: ii vero Protestantes, qui hucusque Magistratus auctoritatem inique usurpaverant, illarum Catholicis damnum suo ære refarcirentur.

§. XLVIII.

*Patrum Societatis molimina in pro-  
vertenda Molinæ damnatione.*

*Hist. Congr.*

*l. 1. c. 4.*

*Pegna vel. 3.*

*ad Gen. In-*

*quis.*

*Abregé*

*chron. de*

*l'hist. Eccl.*

*to. 13. p. 356.*

*Hist. controuv.*

*l. 3. c. 5.*

Cum interea illustrissimi Præsules, Censores a Papa constituti per septem omnino menses indefesso studio ac solertia Molinæ scripta, atque Hispaniæ Præsulum, & Doctorum judicia cognovissent, primumque examen secundis curis subjectum die vigesima secunda mensis Novembris in ultimo consessu absolvissent, una omnes (excepto solo Antonio Bovio Carmelita Collegii Romani Lectore) censabant, Molinæ doctrinam, cum Pelagianorum, & Semipelagianorum errores redoleat, damnandam esse: hanc tamen censuram auctoritate summi Pontificis adventum publici juris facere volebant, sed duntaxat Gregorio Lusitano Doctori, qui huic Congregationi a secretis erat, approbante Madrutio Cardinali, & Præsidente negotium dabant, ut is omnium Censorum nomine judicium de Molinæ libro latum, &